

V. Esto eis domine turris fortitudinis.

Rc. A facie inimici.

V. Domine exaudi orationem meam &c.

V. Dominus vobiscum &c.

O r e m u s.

Respice domine super hanc coniunctionem tuam, ut sicut S. Angelum tuum Raphaëlem Tobiæ & Saræ filiæ Raguelis misisti, ita mittere digneris auxilium tuum super hos conjuges, ut in tua voluntate permaneant, in amore tuo vivant & senescant, & multiplicentur in longitudinem dierum. Per Christum dominum nostrum. Amen.

O r e m u s.

Prätende, quæsumus domine, fidelibus tuis dextram cœlestis auxilii, ut te toto corde perquirant, & quæ dignè postulant, affequantur. Per dominum nostrum Jesum Christum Filium &c. Amen.

Gratia D.N.J.C. & Charitas + Dei, & communicatio S. Spiritus sit semper vobiscum. Amen.

Postea aspergat aqua benedicta.

BENEDICTIO MULIERIS PURIFICANDÆ POST PARTUM.

Sacerdos superpelliceo aut alba & stola induitus mulierem in porticu templi cum candela ardente aspergat aqua benedicta, dicens:

Aspergat te deus rore gratiae ad vitam æternam. Be. Amen.

Dein

Dein eam introducens, dicit: Dominus custodiat introitum tuum & exitum tuum ex hoc nunc & usque in sæculum.

Psal. 120.

Levavi oculos meos in montes, unde veniet auxilium mihi.

Auxilium meum à domino, qui fecit cœlum & terram.

Non det in commotionem pedem tuum: neque dormiet, qui custodit te.

Ecce non dormitabit, neque dormiet, qui custodit Israël.

Dominus custodit te, dominus protec̄tio tua: super manum dexteram tuam.

Per diem sol non uret te, neque luna per noctem.

Dominus custodit te ab omni malo: custodiat animam tuam dominus.

Dominus custodiat introitum tuum & exitum tuum: ex hoc nunc & usque in sæculum.

Gloria Patri, &c.

Kyrie eleison, Christe eleison, Kyrie eleison. Pater noster, &c.

V. Et ne nos inducas in tentat. &c.

V. Salvam fac ancillam tuam.

Rc. Deus meus sperantem in te.

V. Mitte ei domine auxilium de Sancto.

Rc. Et de Sion tuere eam.

V. Nihil proficiat inimicus in ea.

Rc. Et Filius iniquitatis non apponat nocere ei.

V. Esto nobis domine turris fortitudinis.

Rc. A facie inimici.

V. D.O.

V. Domine exaudi orationem meam &c.

V. Dominus vobiscum &c.

O r e m u s.

Omnipotens sempiterne deus, Pater domini nostri Jesu Christi, benedicere + digneris hanc famulam tuam, quæ ad imitationem Ss. Virginis Mariæ fese cum gratiarum actione purificandam in templo exhibet, & concede propitius, ut sicut ei prolis fecunditatem & vires templum tuum ingrediendi contulisti, ita per intercessionem ejusdem immaculatæ Virginis eam ab omni mentis & corporis contagio liberatam ad Sancta Sanctorum pura facias mente accedere, & post finem præsentis vitæ templum cœleste introire. Per Onum nostrum, Amen.

V. Dominus vobiscum &c.

Sequentia sancti Evangelii secundum Lucam.

R. Gloria tibi domine.

In illo tempore : Postquam impleti sunt dies purgationis Mariæ secundum legem Moysi, tulerunt Iesum in Hierusalem, ut sisterent eum domino, sicut scriptum est in lege domini : quia omne masculinum adaperiens vulvam, sanctum domino vocabitur. Et ut darent hostiam, (secundum quod dictum est in lege domini,) paraturum aut duos pullos columbarum.

R. Laus tibi Christe.

V. Post partum Virgo &c.

O r e m u s.

Deus, qui hanc famulam tuam de pariendi periculo liberasti, & in servitio tuo devo-

nam fecisti , concede , ut temporali cursu fideliter peracto , sub aliis misericordiae tuæ vitam quietam & perpetuam consequatur.

Deus , qui corda fidelium S. Spiritus illustratione docuisti , da nobis in eodem Spiritu recta sapere , & de ejus semper consolatione gaudere.

Deus , qui salutis æternæ Beatæ Mariæ Virginitate fœcunda humano generi præmia præstisti , tribue quæsumus , ut ipsam pro nobis intercedere sentiamus , per quam meruimus auctoremvitæ suscipere , dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum , qui tecum &c.

V. Dominus vobiscum &c.

Benedictio Dei + Patris & Filii & Spiritus S. descendat super te & maneat semper.

Rc. Amen.

RITUS GENERALIS BENEDICTIONUM.

In principio cujuslibet Benedictionis , præterquam in duabus sequentibus dicitur :

V. Adjutorium nostrum in nomine Domini.

Rc. Qui fecit cœlum & terram.

V. Dominus vobiscum.

Rc. Et cum Spiritu tuo.

Deinde Oratio præscripta.... In fine fit aspersio aqua benedicta & ubi notatur , incensatio.

Bene-